

I G W P I C S C H

1 6 6 3



67  
SCAZON SYMPATHETICUM  
AD  
VIRI  
CUM IN VIVIS ESSET  
MAXIME REVERENDI GENEROSISSIMI ET  
PER-STRENUI

DN. JOHANNIS.

GEORGII A Ponickau  
IN Pombfen/ Rauenhoff/ ET Schöna-  
born. ETC. SERENISS. SAXONIS CON-  
SILIARII, CAMERARII, EPISCOPATUS JUXTA  
AC PRÆFECTURÆ WURZENSIS CAPITANEI. REDI-  
TUUM. PROVINCIALIUM. PRÆFECTI SUPREMI, EC-  
CLESIAE CATHEDRALIS, QUAE MISENAE ET  
DECANI. ETC.

MAGNI SUI ET NUNQVAM SATIS  
PRÆDICANDI PATRONI  
IV. CALEND. MAI. AN. M. DC. LXIII.

PIE DENATI  
PATRISSANTES PLANE FILIOS  
SCRIPTUM

A  
GOTTFRIEDO PFLAUMIO  
ASCANIENSI.

---

LIPSIAE,  
LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.



**H**Aud culpo, nondum defini querelarum  
Caputq; tam charum perisse lugeri.  
Durum est Damonem Pythiamq; divelli:  
Quò durius gnatum à parente, quem seculo  
In hocce non Theseus, Nifusve, Phocæo  
Notusve Orestes charitate præcellit.

Sed quæso num redibit osibus vestras  
Per lacrymas sanguis? Gradumne de coelis  
Revocare vel datur vel à piè extincto  
Desideratur? Num DEUS quod injunxit  
Subterfugi potest? Adeste duntaxat,  
Piè paternum contuemini funus,  
Servite tempori è malo hocce discentes,  
*Quid vita verè nobilis queat dici.*

Quid vita? momentum est; & umbra sinceræ  
Privatio lucis; catenaqve ærumnæ;  
Est scena, quæ non quàm diu acta sit, refert,  
Sed quàm benè. At quid nobilis tamen vita?  
Hæc plurimum laudis meretur. Ast demas  
Caveto virtutem. Absque spiritu cernes  
Animâqve corpus; esse cui suum virtus  
Tribuit, recludens nesciis mori cœlum:

Ad

Ad quod negatis illa iter viis tentat  
Coetusq; vulgares humumq; contemnit,  
Nec cessat, usque dum corona devictæ  
Mortalitatis emicans reportetur.

Hoc omne *magni* disce *Patris* exemplo  
Et recole semper *triga nobilis Fratrum*.  
Vix undecim vivendo lustra per multos  
Casus & ærumnas Beatus emensus  
Falli docebit Codicem Imperatoris  
Pro fine vitæ lustra bis decem humanæ  
Ponentis. Hoc aptare non erat leges  
Ad illa quæ facile ac frequenter emergunt.  
Quid tùm? Superstes ecce fama defectum  
Supplebit, & pulcherrimè acta persona  
In hæcce mundi scenulâ, medullisque  
Infixa spectantùm intimis mori non vult  
VIRUM, cui Themis, Minerva & Astrææ  
Soror Fides intaminata, Pronœa,  
Omnisque Virtus compares habet paucos.  
Hinc gratia est Octoviri atq; Magnatum;  
Hinc sunt honores; inde posthumæ laudes.

Hæc intuemini superstites Gnati.  
Album nigris & quaecunqve virtuti  
Vitium quod apponetur, arbiter qvivis

*l. 22. §. 1. C.  
de SS. Eccl*

*l. 3. 4. 5. 6. ff.  
de legib.*

Faci-



Patentiori differentiâ cernet.  
Quantò magis parens decore virtutum  
Illustris est, tantò quibus scatet natus  
Vitia, magis conspectui patent plebis.  
At vos paterni & prædii atq; virtutum  
Dignissimi heredes fitis laborate.  
Doctrina promovebit infitas vires  
Rectique cultus roborate pollebunt  
Pectora. Nec omne sic in atrio patrum  
Debebitis superbientibus ceris:  
Debebit imò multa posterus VOBIS.







Ld 38/2

ULB Halle  
002 631 652




3

VD 77

11





SCA  
MAXIM  
DN.  
GE  
IN Pomb  
born. ETC.  
SILIARI, C  
AC PRÆFEC  
TUUM. PRO  
CLESIA

MAGI  
IV. C  
PATI

GO  
LIT

UM  
IMI ET  
NIS.  
Pau  
Schona  
IS CON-  
TUS JUXTA  
ANEI. REDI-  
PREM, EC-  
AE ET  
ATIS  
III.  
LIOS

